



## Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

### Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

### Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

### Links

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

# ANNIVERSARIUM EXAMEN

IN

## SCHOLA ROESKILDENSI CATHEDRALI

SEPTEMBRI MENSE A. MDCCCXXVI

PUBLICE INSTITUENDUM

I N D I C I T

D R . J . P . T H R I G E ,

P R A E C E P T O R P R I M A R I U S S C H O L E .

---

In disceptationem vocantur, qvæ de ira Xerxis, disjecto vi tempestatis ponte,  
qvo Hellespontum junxerat, ab Herodoto (l. 7. c. 35.) sunt prodita.

---

H A V N I Æ .

T Y P I S E X C U D E B A T A N D R E A S S E I D E L I N ,

A U L E R E G I C & U N I V E R S I T A T I S T Y P O G R A P H U S .

"Τὰ πολλὰ ὑπὸ χρόνου αὐτῶν ἀπίστως ἐπὶ τὸ μυθῶδες εἰκνευμηκότα."

(Thucydid. I. 1. c. 21).



Omnibus nota sunt, qvæ de insano *Xerxis* facinore *Herodotus* memoriæ prodidit, qvem docet, certiore factum de pontibus, qvos Hellestporto injecerat, tempestate interruptis, furcenter iratum *in mare saevisse flagellis et compedes in profundum demisisse* <sup>1)</sup>). De veritate hujus rei ne subdubitans qvidem, adjicit, se etiam aecepisse, carnifices ab eodem esse missos, qvi *Hellestporto notam infamiae inurerent*. Prætermisso autem hoc, qvod nemo facile, nisi qvi a vero plane aversus est, ad veritatem accedere existimat, breviter inquirere lubet, qvatenus ceterum patri historiarum, hanc rem tractanti, fides sit habenda. Haud pauci qvidem veterum scriptorum <sup>2)</sup> , ex qvibus nominare liceat *Valerium Maximum* <sup>3)</sup> , *Senecam* <sup>4)</sup> , *Juvenalem* <sup>5)</sup> , *Plutarchum* <sup>6)</sup> , *Maximum*

1) Herod. l. 7. c. 35. Cf. l. 7. c. 54. l. 8. c. 109.

2) A Brissonio (de reg. Pers. princip. l. 3. p. 338—39 Heidelb. 1595) ex parte laudati.

3) L. 3. c. 2. ext. 3. "Gravem mari ac terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, sed *Neptuno* quoqve *compedes* minitantem."

4) De const. sapient. c. 4. "Quid tu putas, quum stolidus ille rex multitudine telorum diem obscurasset, ullam sagittam in Solem incidisse? aut *demissis in profundum catenis Neptunum* potuisse contingi?"

5) Sat. 10 v. 182—184.

"Ipsum *compedibus* qvi *vinixerat* Ennosigæum?"

"Mitius id sane: qvid, non et *stigmate dignum*"

"*Credidit?*"

6) De cohib. ira p. 810 Steph. 1572. "'Ο δέ Ξέρξης τῇ θαλάττῃ στίγματα καὶ πληγὰς ἐνέβαλλε."

Tyrium <sup>7)</sup>), Themistium <sup>8)</sup>, Svidam <sup>9)</sup> et Joh. Tzetzen <sup>10)</sup>), ejusdem rei mentionem fecerunt; verum his omnibus, qvos, Herodoto longe recentiores, hunc solum secutos esse, luce clarus est, non multum est tribuendum. Rem autem ipsam, qvalis ab Herodoto narratur, si in disceptationem vocamus, difficilis ad fidem prima specie non plane ea videtur <sup>11)</sup>. Nam, qvod Mitfordius <sup>12)</sup> monet, poenas de Hellesponto dementer captas cum īdole Xerxis conciliari nullo pacto posse, eqvidem non video; fuit enim ille rex, qvamvis non durioris, imbecilli tamenē ingenii, qvi, superbam exercens dominationem, omnibus animi perturbationibus paruit. Quid? qvod ex tempore longe seriore similis amentiæ exemplum proferre licet! Ferunt enim *Amerum* Arabem, Melitenæ præfectum, qvi, cum Paulicianis conjunctus, a. p. Chr. n. 862 magnam Asiæ minoris partem bello vastavit, mare, qvod ulterius progrediendi facultatem sibi ademisset, flagris cædi jussisse <sup>13)</sup>.

7) Diss. 20. P. I. p. 392. Reisk. "μαστιγοῦται ἡ θάλαττα."

8) Qvi (orat. 5) de Xerxe mare flagellante et compedes in Hellespontum demittente verba facit.

9) Qvi in voc. Σέργης (T. 2. p. 646. Kust.) eadem in medium profert.

10) Var. hist. chil. 1. hist. 32. p. 18. Basil. 1546.

"Διακοσιὰς μὲν πληγὰς δίδωσι τῷ θαλάσσῃ  
Δύο τε σεύγη σιδηρῶν ποδοπεδῶν εμβάζλει  
Πρὸς πέλαγος θαλάσσιον δῆθε δέσμων ὡς δουλον."

11) "Die Geißelung und Fesselung des stürmischen Hellesponts mag bei einem Volke nicht ohne Bedeutung gewesen seyn, dessen erste Männer scheugewordenen Pferden die Füsse abschneiden ließen." Lüden allg. Gesch. 1 Th. p. 112. Cf. Herod. I. 7. c. 88.

12) Gesch. Griechenlands d. Eichstätt. 2 Bd. p. 139—140.

13) Georg. Cedren. p. 546. Paris 1647.

Si autem rem diligentius consideramus, haud pauca sunt, quæ testimonium Herodoti refellere videantur. Satis jam in confessu est, hunc scriptorem, quamvis veritatis amicissimum, haud paucas narrationes, quæ, ipso judice, a veritate non abhoruerunt, re non diligentius explorata, pro veris esse amplexum. Quamquam igitur, quæ de expeditione Xerxis ab eo litteris sunt mandata, veritati in universum concinunt, commenta tamen et res minus verisimiles saepius prodidisse censendus est. Ut incredibilem copiarum numerum omittamus, quem rex Persarum in Europam trajecisse traditur <sup>14)</sup>, moneamus tantum de lepore in castris Xerxis ex equa nato <sup>15)</sup>, quam fabulam Herodotus non solum veram, sed etiam rem tanti momenti judicat, ut regem ex ea diligenter considerata exitum belli infelicem prospicere debuisse contendat. Præterea quæ de pueris et puellis vivis in eadem expeditione piaculi instar terra obrutis ab eodem sunt narrata <sup>16)</sup> veritati omnino repugnant; neque enim Diis hostiis humanis litare ex cæremoniis Persarum licuit, et funera terra condere præ ceteris facinus nefandum inter eos est existimatum <sup>17)</sup>. Quum denique in universum constat,

14) De qua re cf. inter alios: Richardson über Sprache u. s. w. morgenl. Völker, übers. v. Gederau p. 86 sqq., Hegewischs kl. Schriften, Flensb. 1786, p. 176 sqq., Remers Handb. d. alt. Gesch. p. 39, Levesque etudes de l'hist. anc. T. 2, p. 413 sqq., Dahlmanns Forsch. 2 Bd. p. 174—175. Patrocinium Herodoti in primis suscepit Meinersius (Gesch. d. Urspr. u. s. w. der Wissenschaft. 2 Bd. p. 105—106). Evidem cum Hegewischio, Dahlmanno et Heerenio (Ideen i Th. p. 559) non dubito, quin de veritate hujus numeri, quamquam fama amplificati, Herodoto ipsi perswasum fuerit.

15) Herod. I. 7. c. 57.

16) Herod. I. 7. c. 114.

17) Cf. Rhode die heilige Sage des Zendvolkes p. 511 sqq.

Persis in exponendis rebus gestis Xerxis cum Græcis minime convenisse<sup>18)</sup>; tum intellectu haud difficile est, cur harum rerum memoria, a solis Græcis, Persarum hostibus, servata, a vero haud parum absit. Animadvertisendum quippe est, quam celeriter historia rerum etiam recentium mendorior fieri soleat, ubi ad arbitrium iræ animique commotæ agitur. Effusa ita ob reportatam victoriam lætitia seductos Græcos suas res insolenter amplificasse, neque ab ignominia Persis injungenda interdum se abstinuisse, credibile est. Xerxes præsertim in ora Atheniensium pro ludibrio abiisse censendus est, unde fabulæ ortæ sunt, quæ, ex carminibus fortasse a populo per celebratis de promtæ, veram rerum memoriam sensim depravarunt.

Atque hoc quidem in narrationem, de qua hic sermo est, præcipue cadere mihi videtur. Non enim Xerxes, rex Persarum, reverentiam, quam omnes Ormuzdi cultores *Aqvæ* habuerunt, ita exuisse putandus est, ut petulans in mare sæviret. Quamobrem quoque "οἱ τὰ περὶ Μάγων γράψαντες" Herodotum mendacii arguerunt; neque enim jacula in solem Xerxem torsisse<sup>19)</sup>, nec compedes mari immisisse, quod hi a Magis Dii sint traditi<sup>20)</sup>. Quid? quod ipse Herodotus testatur, Persas Aqvæ sacra facere<sup>21)</sup>, et fluvios tam sancte venerari, ut nec

18) Dion. Chrysost. orat. 11. p. 366—67 Reisk.

19) Hoc non de Xerxe, sed de Dario Herodotus (l. 5. c. 103) tradit.

20) Diog. Laërt. proem. segm. 9.

21) l. 1. c. 131. Observandum tamen est, omnes Græcos et Romanos scriptores, qui de sacris Persarum veterum sermonem faciunt, hæc ex Græcorum more sibi cogitasse; nam sacri Persarum libri sacrificiorum, quibus doni vel debiti vectigalis instar Dii coluntur, plane ignari sunt. Cf. Rhode p. 505 sqq.

mingendo, nec manus lavando nec spuendo eos foedari fas putarent <sup>22)</sup>). Præterea et alii Græci Romaniqve scriptores et sacri in primis Persarum libri in eo congruunt, qvod aqvam summa cum veneratione Persæ prosecuti sint. Strabo ita <sup>23)</sup>), cum Herodoto hac in re consentiens, adjicit, nec corpora mortua, nec alia, qvæ polluta aut contaminata viderentur, a Persis in aqvam projici. Persas fluvios adorasse <sup>24)</sup> et solas Deorum imagines ignem et aqvam putasse <sup>25)</sup>), Clemens Alexandrinus, Dinone auctore, docet. Aqvam deniqve adeo sanctam iis videri, ut eam ne attrectare qvidem auderent, nisi sitim sedare, vel hortos agrosqve suos irrigare vellent, tradit Agathias <sup>26)</sup>). Item Arnobius <sup>27)</sup>, Sidonius Apollinaris <sup>28)</sup> et alii de honore, qvo Persæ aqvam affecerunt, verba faciunt. Patet qvidem ex libris *Zend-Avesta* <sup>29)</sup> Aqvam, *Abansive Avan*, numinis loco, qvod plerique veterum minus recte putarunt, non esse habitam, verum non minus auguste tamen sancteqve qvam Ignem, Aqvam venerati sunt Persæ, qvippe ex qva, inter fontes, a

22) I. 1. c. 138.

23) I. 15. c. 3 (T. 3. p. 325—26 Lips. 1819).

24) Admonit. ad gent. p. 22 Heins. Lugd. B. 1616.

25) Ibid. p. 32.

26) De imp. Justin. I. 2. p. 63 ed. Vulcan. Paris. 1660.

27) "Ridetis, temporibus priscis Persas fluvios coluisse." Adv. gent. I. 6. c. 11. p. 210 Orell.

28) Carm. 2. v. 83—84.

"Magis juratur ab illis,  
Ignis et Unda Deus."

29) Non enim dubito, qvin cum Heerenio (Sdeen 1 ȝ. p. 458) et Rhodio (Heil. Sage u. s. w. p. 15) sacros hos Persarum libros jam igni criticæ artis spectatos judicem.

qvibus omnium rerum principia ducebantur; referenda, omnis terræ fecunditas, et omnia, qvæ inde hominibus redundantur, bona atque divitiæ nata esse perhibebantur <sup>30)</sup>). Qvamobrem gravissimam sibi contraxerunt poenam, qvi aliquaque ratione eam foedarunt <sup>31)</sup>). Iis igitur, qvæ Kuhnius <sup>32)</sup> monuit, "male damnari fidem Herodoti ex eo, qvod Persæ solem crediderint Deum, qvia notum sit, qva (h. e. qvam exigua) reverentia coluerint Deos gravioribus infortuniis afflicti Ethnici," argumentationem nostram refutari non putaverim; nam inter feros populos Persæ neutiquam sunt referendi, et majore saltem erga Zoroastris præcepta imbuti fuerunt veneratione, qvam ut rex ipse talem in se suscepit peret culpam:

Dubitatem autem decet occupare, qvæ inde fortasse moveri potest, qvod laudes, qvibus in libris Zend-Avesta aqua ornatur, ad fontes præsertim et dulcem aquam in universum pertinere videntur. Neque negaverim, verbis illis, qvibus, qvi flagris Hellespontum cederunt, eum, Xerxe jubente, perhibentur esse allocuti <sup>33)</sup>), hanc opinionem qvodammodo confirmari. Verum enimvero si reputamus, qvot et qualia aquæ genera in libris Zend-Avesta tanquam veneratione digna

30) Cf. in primis *Izeschine* Ha 1. 9. 69. 70. *Neaesch-Arduisur*, Zend-Avesta v. Kleuker Th. 2. p. 112. *Iescht-Avan* ibid. p. 195. sqq. *Iescht-Farvardin* ibid. p. 256—57. *Vendidad* Farg. 13 ibid. p. 362. Farg. 21 p. 383. 384.

31) Cf. inter alia *Zend-Avesta* Th. 2. p. 119—120. 126. 128. *Vendidad* Farg. 3 Z. A. Th. 2. p. 311. Farg. 6. p. 329 sqq. Farg. 7. p. 334. Farg. 8. p. 348. Farg. 9. p. 349 &c. &c.; qvibus locis verba Herodoti, Strabonis et Agathiae egregie illustrantur.

32) Ad Diog. Laërt. l. c.

33) "Ω πικρὸν ὕδωρ — σοὶ κατὰ δίκην ἄρα οὐδεὶς ἀνθρώπων θύει, ὃς ξόντι ἀλμυρῷ ποταμῷ."

recenseantur <sup>34)</sup>, dubitari nequit, qvin etiam, qvi mare violarent, grave delictum committerent. Magnum præterea hujus rei argumentum inde petimus, qvod *Tiridates*, regius ille filius Parthorum, qvi a. 66 p. Chr. n. Romam profectus Armeniae regno a Nerone donatus est, perinvitus mare sit ingressus, "qvoniam exspuere in maria, aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putaverit" <sup>35)</sup>. Qvem, quum Magos itineris socios haberet <sup>36)</sup>, placita Zoroastris, non secus ac, qvi in ejus imperio fuerunt, Armenios <sup>37)</sup>, sectatum esse, in aperto est. Qvin etiam qvi hodie Persidem incolunt, qvamvis alia sacra amplexi, reverentiam qvandam erga mare retinuisse videntur, qvam ob causam navigationi haud lubenter sese committunt.

Qvæ quum ita sint, in sententiam doctissimorum virorum <sup>38)</sup> discedimus, qvi judicant, hoc Xerxis facinus ab ipsis Græcis esse confictum. Accedit, qvod indagatu facile est, qvid fabulæ fingendæ ingenii Græcorum præbuerit ansam. Inspiciamus verba, qvibus filii culpam (qvæ præsertim in causa fuisset, cur Persarum exercitus esset deletus) Darii ab inferis surgentis animam *Æschylus* depingere jubet:

"*Ostis Ἐλλήσποντον ἰρὸν, δοῦλον ὡς, δεσμώμασιν*

"*Ηλπίζε σχήσειν ἁέοντα βόσπορον ἁροῦ θεοῦ,*

*Καὶ πόφον μετερέθηθμίζε, καὶ πέδαις σφυρηλάτοις*

34) *Bun-Dehesch* 21. Z. A. Th. 3. p. 96—97.

35) *Plin. hist. nat.* l. 30. c. 2.

36) *Plin.* l. c.

37) Cf. *Strabon.* l. 11. c. 14 (T. 2. p. 466).

38) V. c. *Stanleyo ad. Æschyl. Pers.* v. 752 et *Valckenario ad Herod.* l. 7. c. 35.

Περιβαλών, πολὺν κέλευθον ἦνυσεν πολῶ στρατῷ,  
Θυητὸς ὁν θεῶν τε πάντων ὥετ', οὐκ εὑθουλίᾳ,  
Καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν”<sup>39)</sup>.

Hæc qvisqve, nisi qvi opinione temere concepta ducitur, universe de ponte, qvem Hellesponto Xerxes injecit, dicta esse videt<sup>40)</sup>. Vincula sunt pontis retinacula, malleo vero fabricatae pedicæ ancoræ, qvibus pons alligatus fuit<sup>41)</sup>. Quum autem hæc Æschyli verba ad litteram aliter qvoqve intelligi possent, Athenienses, hanc Xerxis irridendi occasionem læti arripientes, neglecta unice vera explicatione, vincula, ut poenæ ab Hellesponto ita expeterentur, in eum demissa esse commenti sunt. Nec mirum, qvod sensim alia etiam, qvæ in servum convenire videbatur, ratione, verberibus scilicet et stigmatum notis, a rege pergraviter offenso castigatum esse mare, cogitatione sibi depinxerint, et qvod fabula ita exornata res vera brevi aestimata sit. Dubium non est, qvin Herodotus Æschyli tragoedias pervolverit<sup>42)</sup>; quum autem in historia belli Persici plurima sint, in qvibus ab hoc poëta dissentiat<sup>43)</sup>, et ad singendam exornandamqve fabulam ipsam, qvam Herodotus prodidit, aliquantum saltem temporis opus fuerit: patet non ex ipso poëta, verum ex commentis, qvibus singendis ejus verba,

39) *Æschyl. Pers.* v. 742 sqq.

40) Ut qvoqve a scholiaste explicantur: “Γέφυραν ἐν αὐτῷ διὰ σιδῆρου ἔργασάμενος”, et ad voc. πέδαις: “ταῖς ἀλύσεσιν ᾧς συνέδησε τὰς ναῦς.”

41) Cf. Valcken. ad Herod. l. 7. c. 35 et Schützius ad l. c. Æschyli p. 106.

42) Cf. Herod. l. 2. c. 156.

43) V. Schütz. ad *Æsch.* Pers. p. 8 sqq.

Athenis decantata, occasionem dederunt, sua Herodotum depromsisse<sup>44)</sup>. Atqve hæc qvidem ad enodandam hujus famæ originem sufficere mihi videntur; qvibusme manes Herodoti, qvem, si qvis unqvam, ego amo coloqe, haud offendisse speraverim.

44) Cf. Valckenar. ad Herod. l. 7. c. 35. — Verba dnumvirorum, *Oliverii* (ad Val. Max. l. c.) et *P. Gyllii* (de Bosporo Thracio l. 2. c. 12. p. 173—74 Lugd. B. 1632), qvi, qvanqvam ad primuni fabulæ fontem, Æschylum perperam intellectum, non ascenderunt, originem tamen fabulæ probe perspexerunt, in medium proferre licet. Qvorum ille: "Qvia dicitur Xerxes Bizantium ponte jnnxisse, vel qvod mare navibus stravit, propterea compedes videtur injecisse Neptuno"; hic vero: "puto hoc Græcos poëtas, Xerxis hostes, qvibus Herodotus interdum seduci solet, designasse, quum tragice exaggerantes trajectum Xerxis, dicunt Xerxem trecenta verbera Hellesponto inflixisse, hoc est projectione trecentarum ancorarum Hellespontum tanqvam ictu percussisse, et duo vincula ferrearum pedicarum injecisse, id est duplē catenam."

Den offentlige Examen i *Roeshilde Cathedralskole* for Aaret  
1826, vil blive afholdt i følgende Orden, hver Formiddag fra  
Kl. 8, hver Eftermiddag fra Kl. 2½.

---

Skriftlige Udarbeidelser.

22 Sept. Formidd.	Latinsk Stil 4 Cl.	Dansk Stil 3 Cl.	Kalligr. 2 Cl.
Efterm.	Latinsk Stil 2 —	Dansk Stil 1 —	
23 Sept. Formidd.	Latinsk Stil 3 —	Dansk Stil 2 —	Kalligr. 1 Cl.
Efterm.	Dansk Stil 4 —	Arithmetik 1 —	

Mundtlig Examination.

25 Sept. F.	Dimittenderne: Latin og Tydsk.	Dansk 4 Cl.	Arithm. 2 Cl.
E.	— — Arithm. og Hist.	Latin 3 —	Dansk 2 —
		(Terent.)	
26 Sept. F.	— — Græsk og Fransk.	Histor. 4 —	Geom. 3 —
E.	— — Geom., Relig., Geogr.	Fransk 4 —	Latin 3 — Livius.
27 Sept. F.	Geometrie 4 Cl.	Tydsk 3 Cl.	Latin 2 Cl.
			under Adj. Christensen.
E.	Historie 3 Cl.	Tydsk 2 Cl.	Latin 1 Cl. Adj. Berg.

28 Sept.	F.	Græsk 4 Cl.	Arithm. 3 Cl.	Dansk 1 Cl.
	E.	Arithm. 4 Cl.	Dansk 3 Cl.	Græsk 2 Cl., b.
29 Sept.	F.	Iliad. og Hebr. 4 Cl.	Religion 3 Cl. Græsk 2, a. Historic 1 Cl.	
	E.	Græsk Homer 3 Cl.	Geogr. 2 Cl.	Religion 1 Cl.
30 Sept.	F.	Tydk 4 Cl.	Græsk, Xenoph. 3 Cl.	Religion 2 Cl.
	E.	Hebr. 3 Cl.	Historie 2 Cl.	Tydk 1 Cl.
2 October	F.	Geographic 4 Cl.	Fransk 3 Cl.	Latin 2 Cl. Adj. Stybe.
	E.	Latin 4 Cl.	Iliaden 3 Cl.	Geographie 1 Cl.
3 October	F.	Religion 4 Cl.	Geogr. 3 Cl.	Fransk. 2 Cl. Latin 1 Cl.
				Adj. Christensen.

---

Til at bivaane denne Examination saavelsom og Translocationen, der paa sædvanlig Maade foretages den 11 October Formiddag Kl. 10, indbydes herved Disciplenes Forældre og Værger samt enhver Videnskabselsker og Skolens Velynder.

#### Til Universitetet afgaae følgende 5 Disciple:

1. *Philip Michael Schlotfeld*, en Søn af afg. Justitsraad og Toldforvalter Schlotfeld i Apenrade.
2. *Siegvard Theodor Decimus Flindt*, en Søn af afgangne Sognepræst til Thorslunde i Sjælland, *S. C. Flindt*.
3. *Herman Whitte*, en Søn af Hr. Consul *Whitte*, hidtil i Roeskilde nu i Kjöbenhavn boende.

4. *Hans Bentzen Thomsen*, en Søn af afgangne Skipper *Niels Jensen*  
i Horsens, og Pleiesøn af Hr. *Thomsen* til Torpgaard i Horns-Herred.
5. *Peter Lauritz Seidelin*, en Søn af Overlægen ved Hospitalet paa  
Bidstrupgaard, Hr. *J. H. Seidelin*.

Roskilde, 16 Sept. 1826.

*S. N. J. Block,*

Skolens Rektor.